



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

Lectori benevolo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

LIB. HISTOR. GALIC. A.C. 1717
Quis Testatur bonis
liberibus
vix quid
fructus
At expiabantur boni in Hilariis
tra ethicos
At expiabantur boni in Hilariis
tra ethicos
At expiabantur boni in Hilariis
tra ethicos

Lectori benevolo.

Nuperrime missus est mihi liber Gallicus, cui titulus: *Compendium Fleurianae Historiae Ecclesiasticae ex Anglico sermone versum*: editionis locum Bernam, annum, quem agimus, nomen scriptoris nullum appositum, sed praefixam Fleurii imaginem vidi. Legere praefationem orsus, cohorrebam subito, & cunctis artibus contremiscebam: tam atrocibus in Christum verbis prima mox pagina obruebat oculos. Refugit animus ea commemorare. At ne rem exaggerasse videar, audi, si potes: *Quidam de plebeja fece Judaeus, cujus natales sunt dubii, qui veterum vaticinationum Hebraicarum ineptis bona morum praeccepta mi-*

PRÆFATIO.

scuit, cui tribuuntur miracula, & qui pro-
bosum per supplicium amisit vitam, fuit
Heros sectæ Christianæ. Verba nullius
confutationis digna, sed per licitoris ma-
num igni tradenda cum præfatione reli-
qua & opere toto calumniis, convitiis-
que, ac ludibriis pleno. Pauca, ex qui-
bus cætera colligas, recenseo.

I. Duodecim homines fanatici ab O-
riente in Italiam usque delati exceptis a-
liquot miraculis ad commovendas imagi-
nationes fervidas idoneis solum theotis-
mum (vulgo Deismum) docebant. II. Mo-
ralis Christianorum doctrina congruebat
cum stoicismo: & hæc unica erat causa
rapidorum illius progressuum. III. Chri-
stiani justis affecti pœnis sunt quippe re-
pugnantes legibus Imperii, ac turbatores
cultus Numinum tum stabiliti. IV. San-
ctorum adoratio sensim confirmata ad
perfectionem denique pervenit post Ca-
rolum Magnum sub medium seculum no-
num. V. Ecclesia primitiva Christum
esse creatum credidit: in nullo Evange-
liorum loco is dicitur Deus, nisi nos fal-
lant vocabula: FILIUS DEI, FILIUS
BELLIAL, familiares Judæis modi lo-
quendi

PRÆFATIO.

quendi ad indicandam probitatem vel malitiam hominum, quos denotabant: Nicænum tandem Concilium Christum declaravit agnovitque Deum, inserens Symbolo voces: *Consubstantialem Patri.* VI. In Chalcedonensi concilio Spiritum Sanctum tangebatur ordo: Præsules tamen Patris & Filii divinitati hanc Personam tertiam adjungendi difficultates sensissent plures, nisi Sacerdos quidam astutior illis & fallacior nodos solvendi rationem suggessisset, Evangelio S. Joannis præponens fictum hoc sine versum: **IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEUM, ET DEUS ERAT VERBUM.** Etsi hæc fraus nostro seculo videretur rudissima, illo tamen tempore pro tali non habebatur. VII. Censoria superstitionis hostium severitas inhibuit Tridentini concilii Patres Triadi personam quartam addere paratos Virginem, quam solatii causa Matrem Dei, Reginamque cælorum appellabant.

Noscitur ex cantu bubo. Quis illum ferat diutius? Meæ profecto aures stupent. Attonitus etiam hæreret

PRÆFATIO.

Pleurius, si viveret etiamnum, & atque
 hanc epitomen hystoriae suae volveret.
 Is Ecclesiam agnovit opus divinum:
 humanum vocat scriptor epitomes: il-
 lius sensum in malam partem detorque-
 re, maledico dente carpere, venenoque
 suo inficere solet anguis pestilens.
 Hæc indicanda duxi, nequis falleretur
 sine inspectione forsitan emendo hanc
 epitomen seu Gallicam, seu Germanice
 redditam. Amamus enim compendia,
 ut temporis ac sumptus compendium
 faciamus. Siquis Saxonica illam lin-
 gua sibi confutandam sumet, me perhu-
 bente aget, quod agere mihi non vacat.

Vale Lector, & porro
 fave!



LVI

CON-